Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



est eum. Et factū est dū discumberet eo in domo: ecce multi publicani et peccatores uenientes. discūbebant cū iesu et discipulis eius. Et uidentes pharisei: dicebant discipulis eius. Quare cū publicanis et peccatoribus manducat magister uester: At iesus audiens ait. Non ē opus ualentibus medicus: sz male habentibus. Euntes autē: discite quid est misericordiā uolo et nō sacrificium. Non enim uenī uocare iustos: sz peccatores. Cosme z damia
Qui timent dñm nīa ei. ℣. ℟. Hec mandō uobis.

Michahelis archangeli · l · Apoł · b · Johis · A ·

In diebus illis. Factū est prīū magnū in celo. Michahel et angeli eius preliabantur cū draconē: et draco pugnabat et angli eius: et non ualuerunt. neq; locus inuentus ē eor amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui uocatur diabolus et sathanas: qui seducit uniuersū orbē. Proiectus est in terram: et angli eius cū illo missi sūt. Et audiui uocem magnā de celo dicentem. Nūc facta ē salus et uirtus et regnū dei nri. et potestas xpi eius: quia proiectus ē accusator fratrum nrōrū. qui accusabat illos ante conspectu dei nri die ac nocte. Et ipsi uicerunt illū pp sanguinē agni. et pp uerbū testimonii sui: et nō dilexerunt animas suas usq; ad mortem. Pp hoc letamini celi. et qui habitatis in eis. Ad publicā.

In diebus illis. Dignificauit deus que oportet fieri cito: mittens Apoł · b · Johis A
angelum suū seruo suo iohīm: qui testimoniū perhibuit uerbo dei. et testimoniū iesu xpi. quecūq; uidit. Beatus qui legit et qui audit uerba prophetie huius: et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Johes septem ecclīs que sunt in asia. Gratia uob et pax ab eo qui est. et qui erat. et qui uenturus est: et a septem spīrītibus qui in conspectu throni eius sūt: et ab iesu xpo qui est testis fidelis. primogenitus mortuorū. et princeps regū terre: qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nrīs in sanguine suo. S. Martiny.